peditionibus, quibus hi milites ex cohortibus praetoriis Romam reliquerint, nihil compertum.

---

475 imp. Caes. div[*i Antonini Magni*] fil., divi Sever. Pii ne[*pos*] M. Aurellius An[*toninus P. F.*] Aug., sacerdos amplissi[*mus dei invicti Solis*] Elagabali, pontif. max., [*tr. pot. V, cos. IIII, p. p., et*] imp. Caes., M. Au[*rell. Antonini f., divi Antonini*] Magni nepos, [*divi Severi Pii pronepos, M. Aurelliu*]s Alex[*ander*] . . .

Fragmentum tabulae aeneae incertae originis, servatum Monzae (III p. 892), superest ex diplomate veterani. — Ex hoc fragmento apparet Alexandrum extremo Elagabali tempore Augusti locum obtinuisse; cf. supra N. 375 not. 1.

---

476 Iuliae Maesae | Aug. aviae imp. | Caes. ! ! ! ! ! | ! ! ! ! ![1].

Minturnis rep. (X 6002). — 1) *Erasa sunt nomina Elagabali.* — 1) *Cf. N. 475 not. 2.*

---

477 Iuliae | Corneli|ae | Paulae | Aug.[1] | [*d.*] d.[2]

Trebulae (Treglia) prope Capuam, semel descripta (X 4554). — 1) *Uxor fuit Elagabali. Eiusdem Augustae est titulus Graecus rep. in Thracia arch. ep. Mitth. aus Oestr. 10 p. 238.* — 2) l. d. *traditur.*

---

478 Sex. Vario Marcello[1] | proc. aquar.[2] C̄[3], proc. prov. Brit. C̄C̄[4], proc. rationis privat. C̄C̄C̄[5], vice praeff. pr. et urbi functo[6], | c. v.[7], praef. aerari militaris, leg. leg. III Aug. | praesidi provinc. Numidiae, | Iulia Soaemias Bassiana c. f.[8] cum filis | marito et patri amantissimo. | *Σέξτῳ Οὐαρίῳ Μαρκέλλῳ | ἐπιτροπεύσαντι ὑδάτων, ἐπιτροπεύσαντι ἐπαρχείου | Βριταννείας, ἐπιτροπεύσαντι λόγων πρειβάτης, πιστευ|θέντι τὰ μέρη τῶν ἐπάρχων τοῦ πραιτωρίου καὶ Ῥώμης, | λαμπροτάτῳ ἀνδρὶ, ἐπάρχῳ ἐραρίου στρατιωτικοῦ, | ἡγεμόνι λεγειῶνος γ Αὐγούστης ἄρξαντι ἐπαρχείου | Νουμιδίας, Ἰουλία Σοαιμιὰς Βασσιανὴ σὺν τοῖς τέκνοις τῷ | προσφιλεστάτῳ ἀνδρὶ καὶ γλυκυτάτῳ πατρί.*

Velitris rep. sarcophagus marmoreus, est Romae in museo Vaticano (X 6569). — 1) *Est pater imperatoris Elagabali, quem Dio 78, 30 narrat procuratoris munere saepius functum atque deinde in senatum adlectum, mortuum esse ante imperium filii; quae omnia hoc titulo confirmantur.* — 2) *Procuratorem aquarum fuisse Varium Marcellum testatur etiam fistula plumbea nuper reperta Romae (Bull. com. 1888 p. 180) eius nomine inscripta (imperantibus Severo et Caracalla, Geta etiamtum Caesare, i. e. a. 198—209).* — 3) *Centenario,* 4) *ducenario,* 5) *trecenario.* — 6) *Vice praefectorum praetorio et urbi functo.* — 7) *Clarissimo viro: ita significatur adlectio in senatum; et sunt senatoria munera quae sequuntur.* — 8) *Clarissima femina.*

---

479 imp. Caes. divi | Pii Severi ne|pos, divi Mag|ni Antonini Pii | filius | M. Aurelius Seve|rus Alexander[1] | Pius Felix Aug. pon|tifex max., trib. | pot. IIII, cos. desig|natus II[2], p. p., pontem | Liris vetusta|te dilapsum sua | pecunia resti|tuit.

Prope S. Giovanni in Carico ubi fuit Fabrateria nova, ad viam Latinam (X 6893). — 1) *Nomen erasum, sed legitur.* — 2) *A. 225.*

archive.org